UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svppvtatio Annorvm Mvndi. D. M. Lvtheri

Luther, Martin

Vuittembergæ, 1541

VD16 L 6716

A Conditio Mvndo, Et Exilio De Paradiso, A peccato & morte & Satanæ regno.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31817

Visual Library

A CONDITO MVNDO, ET EXILIO DE Paradiſo, A peccato & morte & Satanæ regno.

Eodem anno primo promittitur, Gratia cõtra peccatum, Vita cõtra mortem, Spiritus ſanctus contra Satanã, per ſemen Mulieris.

Qua promiſſione Adam & Heua per fidem ex morte viuificati, generant Caín & Habel, Et incipit Eccleſia Dei propagari, Sed mox Caín Apoſtata cõſtituit Eccleſiam Diaboli.



Filię non numerántur cum tamen pateat Caín habuiſſe vxorem, Et textus dicit, Genuit filios & filias.



Circa hęc forte tempo-
ra offerunt Cain &Ha
bel, Occiditur Habel,
prędualetq; in hoc ſecu-
lo Eccleſia Cainica,
Sed ſignificatur, Eccle-
ſiam Dei viuere, alia, ſ.
æterna vita in Habel
mortuo, qui in Deo vi-
uit. Primum exemplũ
Seminis promiſſi.





Deus bone, Quid egerunt illi duo homines soli tot annis, post occisum Habel & abiectũ Cain? Luxerunt scilicet horribiles istos casus, & initia mundi tã tristia & infœlicia.

Quid passi sint licet facile æstimare .s. Morsus serpẽtis & desperationis, & similium agonum impetus. Item, exempla pessima Ecclesiæ Cainicæ, Nam credipotest, Cain generasse, & Ecclesiã fecisse antecꝙ nasceretur Seth, Denicꝙ Ciuitatem condidit, Politiam speciosam constituens.

Nullus fuit homo miſerior primo parente, neq; erit, Ipſe.n. Conſciẽtia illa horribili oppreſſus, q; ſuo ſolius peccato efficax cauſa fuit, perditionis in corpore & anima, omnium poſteriorum ſuorꝝ id eſt, totius generis humani. Hic eſt homicida, primum ſui ipſius, deinde omnium filiorum ſuorum, uſq; in finem mundi, id eſt, infinite multitudinis animarꝝ. Quomodo potuit uno momento viuere, talia cogitans? Niſi Deus ipſe per Angelos familiariter locutus fuiſſet, dicens, Noli deſperare Adam, Ego reſarciam hoc infinitũ malum, & mittam filium, qui de tua Carne tibi quoq; filius erit. Hic tollet totum hoc peccatum, & ſaluabit genus filiorum tuorꝝ.

Hinc forte apud gentes reliqua manſit fabula, ex obſcura antiquitate, q; Saturnus ſenex deuorat omnes filios ſuos.

X Seth naſcitur anno Adæ & Heuæ, 130.

X

X



C



conuersis aliquot etiam de Cainica Ecclesia, Episcopante ipso Adam cum Seth.

Tunc ceptum est inuocari nomen DOMINI Scilicet, q̃ Euangelion de semine mulieris successum habuit, forte—

Enos nascitur anno Seth. 105.


X
X
C
X

Kenan nascitur anno
Enos. 90.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



C



Malaleel naſcitur anno
Kenan. 70.

400


X Iared naſcitur anno
Malaleel. 65.
X
X



500




X
X
C
X



Henoch nascitur Anno Iared 162




X
X
X
Methuſalah naſcitur
Anno Henoch 65

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN









Lamech naſcitur Anno Methuſalah. 187.

Nota

Adam viuit cum

Seth 900
Enos 695
Kenan 605
Malaleel 535
Iared 470
Henoch 308
Methusalah 253
Lamech 56

annis

Et hi vicissim cum Adam totidem annis vixerunt, videntes, audientes, experti quoq; illius & suas tentationes Solt das nicht gute Theologen/Prophetē vnd Patres machen? Non disputauerunt de lana caprina, von Talern/gulden/Coronis/ Sed de serpēte, peccato, morte, inferno, rursus de Semine Mulieris, Iustitia, Vita, Paradiso, Angelis 2c.

Quorum Conciones non in libris, sed in cœlo scriptę sunt, vnde vocatur tempus תהו vacuum, Quia non lex, nec libri, Sed viui fuerunt sermones per patres in posteros traditę.

X

Magnum tamen fuisse solatium credi par est, Adæ & Henæ, videre fidem Seminis promissi in posteritate ista.

X

Mortuo vero Adam, Henoch singulare fuit solatium reliquis, sublatus in vitam Seminis viuificantis, post mortem Adæ peccantis.

X Adam moritur 930 anno

Tot annis vixit Adam in fide Seminis promissi, etiam si quottidie moreretur a serpente morsus, Necp Serpens quieuisse putandus est.



Moritur Adam in Christo Semine mulieris defunctus, Relinquens post se mũdum Cainico regno florẽte, Et Seminis regno infirmo, in Ecclesia Seth & patrum sequentium.


Duces Ecclesiæ Cainicæ & impiorũ & Serpentis, usq; ad diluuiũ.
Cain
Henoch
Irad
Mauiel
Methusael
Lamech
Iabal, Iubal, Tubal, Cain, Naema.
Singula nomina videntur singulas uel plures historias indicare, non solum emulatione Ecclesiæ, Sed & imperij, Cum eadem fere nomina cũ Sanctis habeãt.
Duces Ecclesię Seminis Christi vsq; ad diluuium.
Seth
Enos
Kenan
Malaleel
Iared
Hanoch
Methusalah
Lamech
Noha
X
Adam vixit cum omnibus preter Noha, qui 126 anno post mortẽ Adę natus est
X
HENOCH nõ apparet sublatus à Deo, Anno suæ ætatis 365.
VITA RESTAT
X

Henoch incipit vitam æternam post Habel, etiã corporaliter trãslatus, victo serpente & morte per semẽ, vt non dubitemus de vita, tam animæ q̃ corporis. Ambulauit autem cum Deo (vt dicit textus) Qui est semen promissum, in quod credidit & fecit mirabilia, quæ mundus nec hodie videre dignus est.

M C

X M

Primus Millenarius quem incepit Adam & finit eundem cum nepote .7. Henoch, Prestantissimum seculum sub tantis Patribus Quas Cõciones? Quas pugnas? Quos Agones? Quæ dicta? Quæ gesta? Quæ mirabilia istius Seculi? Videbimus hæc omnia in illo die.

X

Mille
pri.
100

90



Seth moritur Anno suo, 912.

Lamech genuit Noha

Secundi Millenarij gubernatorem vsq; ad Abraham.

X

Q; iucūdum fuit, dum Noha audiuit ex Enos. O fili mi, Pater meus Seth, antete 14 annos mortuus, monuit, ut te docerem, Imo Auus meus Adā, primus homo, multa mihi de serpente narrauit, & de paradiso, quæ tibi quoq; trado &c.

X

Nam Adam est. 126. annos mortuus ante Noha natum, Nonne breue tempus inter Adam & Noha?

X

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Noha habuit patres ex primo millenario secum viuentes.

Enos .84.
Kenan .179.
Mahalaleel .234.
Iared .366.
Auum Methuselah. 600.
Patrem Lamech .595.

Horum consilio (haud dubie) gessit omnia vsq; ad annum 500. Quãdo vocatus verbo Dei, ad fabricandam arcam, cepit ipse gubernare, scilicet mortuis tum patribus omnibus, præter auum Methusalah, & patrem Lamech.

Et hic in Ecclesia Seminis, per tantos patres, haben müssẽ leute werden, præsertim exercente eos Serpente, infinitis tentationibus.

Ex altera parte in Ecclesia Cainica, non est feriatus Serpens contra eos, more suo, id est idololatria (.i. mendacio) & vi (.i. homicidijs).


X
X
Enos moritur 905
X




X
X
C
X


Kenan moritur. 910


X
X
X Malaleel moritur 895


C
X
X
X




X
X
X


X
C
X
X



lared moritur. 962.



X
X
C
X



Et circa hæc tempora, Credo natum esse Iapheth, fratrem maiorem Sem. Nam quod Hieronymus putat, 20. años esse, ꝓpter peccata abbreuiatos, non credo, Ipse enim sentit initium 120 añorum esse, a natiuitate Ham vltimi filij, non aduertens Noha genuisse ante Ham, duos filios, Iapheth & Sem.



Hic incipiunt. 120. anni, quos dedit Deus, pœnitentiæ ante diluuium, Gene. 6.

Sem nascitur

Noha genuit { Sem anno, Ham, Iaphet } 500

Ordo filiorum Noha est,
Iapheth primus
Sem secundus
Ham tertius

Quod probatur sic, Sem est .100. annorum, biennio post diluui-um, dum genuit Ar-phachsad, Gene. 10. Ergo in diluuio fuit Sem. 98. annorum & ita Noha fuit. 498, an-norum, nato Sem. Porro Iapheth fuit fra-ter Sem maior. Gene. 11. Sequitur ergo quod solus Ham, iunior fra-ter, sit natus anno. 500. Noha, præponit Sem honoris gatia, quod per eum venturus erat Christus, Semen pro-missum.

Eodem modo infra præponitur Abraham, iunior fratribus suis, Aran & Nahor.

X

X

X

Vidit igitur Sem Patrem
Noha 450
Auum
Lamech .95. annis
Abauum
Methusa-
lah .100.

Eosdem viderunt, & Iapheth & Ham, Sed Ham fit Diabolus, etiam post tanta portẽta, contemptis tantis Patribus & fratribus.

Imo Sem vidit eos Patres .2. annis plusq; Ham, vt supra.


C
X
X
X

niant, ex aliqua relatio-
ne obscura Maiorum.

Vsq; ad Diluuium omnes Patres (magis forte Sancta Cainica Ecclesia, fulsit hac specie) vixerunt sine carnibus, piscibus, vino, haud dubie etiam sine Serico, aureo, argēteo, vestitu, sed cibo, fructibus arborū, stirpibus et radicibus, sed eo seculo saluberrimis, vt carnes nihil curarint, Et aqua fuit saluberriā, nostris speciebus aromaticis præstātior, anteq; per diluuium terra perderetur, Ein apffel ist dazumal besser geweſt/ deñ vnser Apotecken drey/ Ideo non tot morbis vexati, diutissime vixerunt.

Aureum hoc seculum fuit, de quo poetæ som-

Lamech moritur. 777.

Methusalah moritur. 969.

DILVVIVM anno Noha 600.

Arphachsad nascitur

Horribilium omnium horribilissimum, non modo in omnibus historijs, sed etiam in sacra Scriptura, excepta crucifixione Filij Dei, & iudicio extremo, quod p diluuium deleta est, non modo Cainica & Serpētis funditus, sed etiam Ecclesia seminis & filiorum Dei, seruatis tātum .8. animabus reliquis. Quātum ibi perijt, Fratrum, Patruorum, Amitarum, Consanguineorum, Affinium & Amicorum, Noha, qui tamen de Ecclesia eius fuisse, fortasse primi videbantur, O Timete Dominum & nolite gloriari denomine Ecclesiæ.

Diluuium durat anno vno &. 10. dies, Sed supputantes (vt debent) incipiunt ab initio diluuij, vt Sem genuit Arphachsad, biennio post diluuium, scilicet inceptum, Quare errant illi 2c.

700



Quæstio, Quomodo Arphachsad nascatur biennio post diluuium cum sit tercius filius Sem, Gene. 10.

X

Salah nascitur ex Arphachsad post diluuium anno. 27.

700 C X

Festinasse videntur Patres isti, ad generationem, post tantam calamitatem generis humani, Alioqui diucius abstinuissent mærore, sicut Adam post Habel.

X



Eber nascitur de Salah post Diluuium, 67. Et vixit vsq; ad. 51. ānum, ante descensum in Egyptum, Tam vicina sunt, Diluuium & Seruitus in AEgypto, vnde Moses Gene. 10. appellat Sem, Patrem omnium filiorum Eber, Quia omnium patrum post diluuium longissime vixit scilicet. 74. post Abrahā, vt infra.

Hinc Ebrei dicti.

AEdificatio Turris Babel, annò .100. fere post Diluuium, anno fere .700. Noha, Quem Viuentem, Gubernãtem, Docentem, de tanta ira Dei, contempserunt cum tota sua Ecclesia, & posteritate sanctissimorum Patrum, homines impij, oblíti tam subito iræ Dei tam horribilis, An hæc non maceraſſe putãda sunt Noha & suos, dum filij sui, talia moliuntur, & iterum pro insano habetur illis.

Pelegnascitur ex Eber


X
Regu de Peleg
X
X


X
Serug de Regu.
X
X


Nahor de Serug.

Thare de Nahor.



Circa hæc tempora natum credo Haran primogenitum Thare, patrem Lot, Saræ & Melcæ.

Postea Nahor frater medius.

lia Thare (vt videtur) potuit esse nata ex muliere quã viduam Thare post duxerit, vt sit filia Thare legitima, sicut sonãt verba Abrahæ, Vere soror mea est, filia patris mei, scilicet legitima, non matris, id est, non naturalis.

Facile itaq; soluitur quæstio, Quomodo Abraham duxit filiam fratris sui Haran, Et forte persecutio Nimrodi, coegit tam propinquas ducere, Et si adhuc dici posset, Saram fuisse legitimam filiam Haran ex vidua ducta, vt nõ sit necesse hic Exempla turpitudinis fingere, posito quod eadem sit mulier Iska et Sara, vt Ebrei volunt, scilicet filia Harã, Q2 si Sara fuit alia; scilicet non Neptis, sed fi-

Abraham nascit in Vr Chaldæorũ ex Thare, Gubernator Tertij Millenarij, cũ suis posteris vsq; ad Dauid.



Sarai nascitur in Vr Chaldeorꝝ, patre Haran 40. vel 50. annorum, Si tamen est naturalis eius filia.


Abraham vixit.
Noha 58.
Sem vixit vltra Abrahã 31
Arphachsad 84.
Salach vixit vltra Abrahã 3.
Eber vixit vltra Abrahã 64
Cũ
annis.
Peleg 48.
Regu 78
Serug 101
Nahor 49
Thare 135
Arphachsad moritur anno 338.
Peleg moritur año 139
Nahor moritur 148.
Mille narius secundus. 2000.
MC
XM
NOHA moritur 950.
X
X


X
Abraham vocatur ex Haran Gene .12. a quo anno usq; ad descēsum In AEgyptum, sunt ānī .215. Deinde mansio in AEgypto .215. qui iūcti, faciunt .430. annos Exo .12. Gal.3.
Regu moritur .239.
X
Ismael nascitur ex Hagar anno .28. post mortem Noha, Mater Hagar, haud dubie vidit Noha & audiuit.
X


Quo anno Circumcisio instituitur, Abram vocatur Abraham & Sarai, Sara. Gene. 17.
Circumcisio mandatur
Perditio Sodomorum
Gene. 10. Serug moritur, 230.
Isaac nascitur.
Si Isaac anno 15. offertur (vt alij volunt) hoc anno offertur.



Thare moritur. 205.

Sara moritur. 127.

Isaac ducit Rebecca vxorem, Gene. 25. Que vidit a coniugij anno, ipsum Sem. 70. annis.

X

Circa hæc tẽpora Isaac offertur, Et promittitur benedictio omniũ gentiũ in semine Abrahę, Christo. Gene. 22.

X

Fons totius scripturę sanctę, ex hac promissione Abrahæ facta, manauit, Christo testante, Ioh. 5. Salus ex Iudęis, Licet ante, per vocem viuam ab Adam, per seminis promissionem eadem, quasi per manus, tradita sit.

C X

1000


Iacob & Esau nascũtur.
Abraham moritur. 175
Vides Abrahã vidisse
suos nepotes Esau &
Iacob 15. annis, Et ipsi
auum tantum virum,
ad minus 10. annis, au-
diuerunt docentem, &
intellexerunt.
Salah moritur 433.


Vides ϕ Sem vixit
post Abra=
ham 35.
Cum Isaac 100
Cum Iacob
& Esau 50.
annos
SEM moritur 600.


Ismael moritur.
Iacob vadit in Arã. 77.
Eber moritur 464.
Nu sind die Veter a Diluuio alle tod / bis auff Isaac / Vnd ist Jacob allein Ecclesiarũ Patriarcha.

K /


Nuptiæ Iacob cum
Lea
Rahel,
84. anno Iacob.
Istis, 7. annis nascuntur in Aram.
Ruben
Simeon
Leui
Iuda
Dan
Naphtali
Asser
Gad
Isaschar
Sebulõ
Dina
Quõ fieri potuit tã breui tẽporecum primis 4. annis, sola Lea peperisse videatur. Pone.
Iacob vocatur Israel in lucta. Gene. 32
Ioseph nascitur año Iacob 91.
Benlamin nascitur 6. anno post Ioseph in reditu ex Aram. 97. año Iacob, Matre Rahel in partu extincta, Gene. 35.
Ioseph venditus anno suo. 17.


Isaac moritur. 180.
Ioseph ex carcere prin-
ceps Egypti,
Manasse
Ephraim nascuntur,
Anni 7. fertilitatis.
Descensus in Egyptũ
anno Iacob. 130.
a Vocatione Abrahæ,
215. vt supra,
Anni 7. famis.

In descensu Egypti.

Ruben		45	
Simeon	est	44	an-
Leui		43	no-
Iuda		42	rũ

Sic deinceps vsq; ad Io- seph, qui est .39. Ben- iamin .33. annorum.

Habet autem Iuda tũc duos filios de Thamar, scz. Perez, Serah. Vltra, Perez, habet duos filios, Hezron, Hamul. Gen. 46.

Queritur quomodo hæc possibilia?

Pone sic.

Iuda	18	genuit	Er
an-	19		Onan
no	20		Sela
	21		Perrez

Deinde Perez anno 18. Hezron, & Hamul an- no 19. Tunc erit Hez- ron .2. Hamul vnius anni, si non fuerunt gemelli.

Mirum tamen ipsos Pa triarchas tã cito gene- rasse, nisi q; acceleratũ est

ad multiplicandum se- mẽ Abrahe iuxta pro- missionem, & propter Christum.

Iacob moritur. 147.

X

X

X

Nota.

Duodecim Patriarchæ cum filijs & posteris per 215. annos in Aegypto vixerunt & mortui sunt. Quantus numerus (putas) Sanctorum & Martyrum, dormiat in Aegypto? Solius enim Ioseph ossa, relata sunt.

Aegyptus vere terrra Sancta, inter gẽtes plusquã Roma, si a mortuis sanctis, Sancta dici debet, Nam multas filias dedisse Aegyptijs, & ab eis accepisse, in vxores credilicet. Quarum po-
300. steri permanserunt in Aegypto per omnia secula.




& Amram nepotem Leui, forte & alijs sanctis viris, ex Tribu presertim Iuda, vt Ram & Aminadab, vt nõ possint dicere sese fuisse derelictos.
Leui moritur 137.
Sequitur filios Israel, a morte Leui vsq; ad exitum in Aegypto, fuisse 121. annis. Porro a Leui vsq; ad natum Mosen 41. annis. Quibus tamen gubernati sunt per Cahath filium Leui & Am

Leui est ingressus cum filijs { Gersom, Cahath, Merari. } Genē. 46.

Cahath genuit Amram
Amram genuit Mosen
Exo. 6.

Solus igitur Amram in Aegypto natus & mortuus. Cahath non natus sed mortuus. Mose natus non mortuus, in Aegypto.

obstetrices non implétum.

Circa hæc tempora nascitur Miriam, soror Mose, vt sit alma 6. vel 7. annorum natu maior Mose.

Circa hęc tempora exiit Edictum Pharaonis crudele, de necandis Ebræorū infantibus, p obstetri-

Aaron videtur fuisse vnus infantium, qui post edictum Pharaonis, seruatus fuit per Obstetrices, quæ noluerunt infantes occidere, timentes Deum magis q̄ Tyrannum, Nam mox sequitur Edictum crudelius, de infantibus submergendis, in quod incurrit Mose natus.

Nota. Lyra ponit tantum 210. annos Mansionis in Aegypto. Vnde periclitatur Exo. 12. in annis 430 supplendis, cum non inueniat nisi 425. annos. Hac ratione, Abraham vocatus ex Haran fuit 75. (Gene. 12) Et genuit Isaac. an. 100. A nato Isaac ad descensum in Aegyptum sunt 190. In Aegypto sunt 210. (opinione Ebræorū) Relinquitur igitur 25. anni iungendi istis 400. annis, ita deficient 5. anni in numero

*

Aaron nascitur.

Mose nascitur quartus a Iacob, & septimus ab Abraham.

X

Abraham. 1
Isaac. 2
Iacob. 3
Leui. 4
Cahath. 5
Amram. 6
Mose. 7

*

annorum mundi. Sed nos cum Mose Exo. 12. & Paulo Gal. 3. simpliciter facimus 430. annos plenos, a vocatione Abrahæ ad exitum de Aegypto. Ideo tribuimus mansioni in Aegypto 215. Hoc modo liberi sumus a quæstionibus Ebreorum cū suis 210 .annis, Mos enim scripturæ est, alte repetere supputationes, vt patet per totum librum Iudicum.

X

400


Ordo Patrum.
1 Abraham
2 Isaac
3 Iacob
4 Iuda
5 Perez
6 Hezron.
7 Ram
8 Amminadab
9 Naheſſon Dux in Exitu
10 Salma Dux introitus
11 Boas in terram cum
12 Obed Ioſua, qui dux-
13 Iſai it Rahab me-
14 Dauid retricem Ieri-
15 Salomo chōtinam. Ex qua Boas.
Deſcendunt in Aegyptū.
Iſti in Aegyp.
X
& cū aliis 12. Principibus ſuſpenſus in Campeſtribus Moab, propter peor Nu: 25. cum fuiſſet 40. annos Dux per totum deſertum, vſq; ad introitum terrræ Canaan.
* Ioſua naſcitur anno
X Moſi 42. vt infra.
X

Necesse est istos tres patres

Boas 1
Obed 2
Iesse. 3

valde diu vixisse, scilicet toto tempore Iudicum, vsq; ad Regnum Dauid, Nam Isai mittit filium Dauid ad Saul regem. Vnde Lyra ex Ebræorũ opinione, facit tres Boas, scilicet, patrẽ filium, nepotem, & hũc tertium faciunt patrem Obed.

Fingamus

Boas nascitur ex Salma de Rahab 7. anno post ingressum terræ Canaan.

Obed nascitur 100. año Boas ex Ruth Moabitide.

Isai nascitur 100. anno Obed filio Boas, nepote Boas.

Dauid nascitur 100. anno patris sui Isai.

Dauid 40. anno fiat rex.

Sunt

Sunt autẽ a natiuitate Boas ad natiuitatẽ Dauid 350. anni. Si nunc istos 50. annos superfluos, distribuis inter istos tres patres, Boas, Obed, Isai, cuilibet addẽdo 16. vel 17. annos vt Boas 117. generanti Obed. Obed 117. generanti Isai. Isai 116. generanti Dauidem. Non erit opus tres Boas fingere, Nec est impossibile, cũ Abraham genuerit ex Cethura 120. vt sup. Gene. 25. Et scriptura facit Boas & Isai senes valde, dum generant ille Obed, iste Dauid. Et Ehud vltra 100. fuit, moriẽs, q̃ rexit 80. annis

Exitus de Aegypto anno 215. a descensu, Et 430. a vocatione Abrahæ ex Haran. Gene. 12. Exo. 12.

* Año 2. egressiõis mittunt exploratores Nu. 10. & 11. Tũc est Iosua 40 Caleb 42. an: (Iosua 14.)

* mus esse multa per Histeron & Proteron scripta.

Natiuitas quinq; librorum Mosi, Scripturæ sanctæ fons & initium, hic incipit. Quadraginta anni in deserto, pleni magnis miraculis & Historijs, in quatuor libris Mosi, Exo. Leui. Nu. Deut. comprehensis. Sed Exodus & Leuiticus, & liber Numerorum, primis Cap. 14. in duobus primis annis. Et Numerorum a Cap. 20. vsq; ad finem simul cum Deuteronomio, natus est vltimo anno, scilicet 40. exitus, Quia Aaron moritur anno suo 123. annorũ .i. anno Mosi 120. vt patet in textu. Ergo in deserto per annos 38. nihil scriptum est vel actum nisi ea quæ Cap. 15. 16. 17. 18. 19. leguntur in lib. Numerorum. Nisi dices. *

Iosua Dux primus Iudicum, 40. annis cum Athniel.

Liber Iudicum a Iosua incipit, mirabilis sane, si tempora cum Historijs consideres.



Ergo sub Iosua & Athniel, fecerunt mala illa, quæ Iudi. 1. & 2. scribũtur, Adhuc viuo Eleazaro filio Aaronis, Angelus Dei dictus ibidẽ vt videtur. Esto tamen verus aliquis Angelus.

Historiam Miche sub Athniel, vel in fine Iosua, ponendam censeo &c.

IOSVA moritur 110.

Athniel 8. Cui addũtur 8. anni Athnielis Iudi. 3. Et fiũt 40. añi à morte Mosi.

X

Ehud 80. Iud. 3. contrà Moabitas, sub quo adhuc Eleasar videtur viuere. Nã si fuit Ehud 40. annorum, cum cepit iudicare, tunc vixit cum Iosua plus 40. annos. X Si fuit 50. tunc fuit vnus infantiũ sub Mose in deserto natorum, & sub Iosua circũcisorum. Quicquid sit, ipse vidit prelia & gesta Iosua & Athniel, etiã si vix 20. annorum Iudex factus esset, Forte fuit vnus ducum in exercitu Iosua, vel saltem egregius Miles.

X



X Sub iſto Ehud Hiſto-
riam Leuitæ cum vxo-
re ſua factam eſſe cre-
do, Quia ſub Pine-
has facta eſt, Qui fuit
ad minus 20. ānorum,
cum occideret Midiani
tidem, anno vltimo in
deſerto, Et anno 40.
Ehud, ipſe eſt 100. an-
X norum. Deinde credo
quoq; Hiſtoriã Ruth
ſub hoc Ehud factam,
vt ita ſit Miche prima,
Leuites ſecunda, Ruth
tertia, ſicut & ordo ipſe
in libro ludi. oſtendit.

X



600.

Docent Hiſtoriæ Iudicum, ſub & poſt Ioſua, finitimas gẽtes voluiſſe regnum Iſrael delere, & Cananæos vlciſci, nec pati nouos homines in terra ſua. Ita populus poſt populũ cõſpirauit, & pugnauit cõtra populũ Dei, ſine fine, vt & ipſis regibus poſt Iudices nulla fuerit pax, vſq; ad captiuitatem Babylonis. Sic Hæretici poſt hæreticos, tyranni poſt tyrãnos volunt delere Eccleſiam, Significante Scriptura, Deum ſolũ eſſe defenſorem ſuorũ in medio inimicorum Pſal. 109.

Dibora & Barac 40. Iudi. 4. Contra Iabin regem Hazor, fuerunt anno 120. poſt Moſen. 88. poſt Ioſua.

Finge hic naſci Obed, Tunc hiſtoria Ruth eſt facta ſub Ehud (vti dicit textus) Tempore vnius Iudicis &c. Et vidit geſta Gedeon et forte interfuit.



piscoporũ Episcopos, Sed Dñs solus est Episcopus noster, suscitans Episcopos, vbi, quos, quãdo, vult, vt in Hiero. Augu. Amb. Huss, & nobis videmus, neglecta successione, quam iactant Papistæ.

Gedeon 40. Iud. 8. cõtra Midianitas.

Vides ante Reges non fuisse certam successionem Ducum, ex certa vna tribu, Sed Dñs fuit Dux & Rex eorũ, Sicuti dicit Gedeon, Nõ dominabor vestri, Sed Dominus &c. Et ad Samuelem, Nõ te, sed me abiecerunt, ne regnem super eos, Ideo elegit Duces promiscue ex tribubus. Sic in Eccle, sia nõ facit successio Episco,

Nota.

Tempora ludicum à morte Moſe, vſq; ad Samuelem ſunt 357. incluſo Ioſua, vt ipſe vides, Nec falli ſinit ſupputatio, cum 3. Reg. 6. cenſeantur anni ab exitu ad templũ Salomonis 480.

Vnde manifeſtus error eſt in Act. Apoſtolorum 13. vitio ſcriptorũ, Latina ſane translatio bis falſa eſt, dum 450. ponit aute ludices, ſub diſtributione terræ, cogens Lyram recurrere ad annos, vſq; Iſaac.

Græca vero falſata eſt, poſitis 450. pro 350 facili ſcribentis errore pro τριακοσίοις facientis τετρακοσίοις. Sic eñ dicit Paulus, Tulit mores eorum in deſerto p 40. años. (Hic vides Moſen includi) Deinde quaſi 350. annis, dedit eis ludices, vſq; ad Samuelẽ, Inde poſtulauerũt Regem, Et dedit eis Saul, filium Cis, 40. añis. Hic vides Samuel & Saul cũ ſuis annis ſeorſum excludi á 350. annis, vt illi ipſi 350. anni maneant in ludicum tempore.

X Quod aũt dicit (quaſi) fit ideo, Quia 8. vel 7. anni ſuperant plenum numerum quẽ voluit ſolum numerare, vt infra Iephthah quoq; facit, cũ ſuis 300. añis plenis, omittens ſex ſuperantes.

X

Abimelech ſedicioſus 3. Iud. 9.

Thola 23. Iud. 10.

P

C X 300


A
C
X
Iudices pacis
Thola & Iaír.
IAIR 22. Iud. 10.
X
I
X
S

Fínge hic naſcí Iſaí pa-
trem Dauid. Et vidit
Geſta Iephthah. Sãſon
& Samuel, & forte in-
terfuit.

X Interregnũ 18. Iud. 10.
Iſtí 18. anní ſunt íungẽ-
dí ad annos Iephthah,
q Ammonitas oppreſ-
ſit (iſtis 18. annis furẽ-
tes) ſicut omnibus du-
cibus ín hoc libro appu
tantur anni afflíctionís
vt patet ſupputantí, Et
X eſt Canon ſupputandi
vt ſupra de 430. annis.
Exo. 12. díximus.
Annus 300. ab exítu
de Aegypto.

Trecentí anní preſcríptionís, quos Iephtha obíícit de poſ-
ſeſſione terræ Iſraelis, Regi Ammon. Iudi. xi. incípiunt ab
exítu de Egypto ſub Moſe, & deſinunt ano 6. ante Iephthah.
Tacet autem hos 6. vt ſuperabundantes 300. annis more
communí, quo dicitur Circiter 300. annos, bey 300. jar. ꝛc.

Iephtah 6. Iud. 12.
X contra Ammonitas.


Hunc volunt esse Boas
nepotem ex Salma
duce, marito Rahab,
maritum Ruth Moa
bitidis, de quo supra
meum sensum dixi.
Abessan vel Ibzan. 7.
Iud. 12.
Elon 10. Iud. 12.
Iudices pacis.
Abdon. 8. Iud. 12.
Samson 20. Iud. 12.
Contra Philistæos.

Hunc Samſon 1. Reg. 12. Samuel appellat Bedan, quod volunt per Syncopen dictũ, quaſi Ben dan, quiã fuit de tribu Dan.

erat Sacerdotum ꝓprium aut ſucceſſorium, iudicare ſeu regere populum, Sed offerre & ſeruire tabernaculo, vt in lib. Moſe patet. Lyra ex Iudæis dicit eum geſſiſſe cũ filijs, ſummũ Sacerdotiũ, vitio poſterorum ex Eleaſar, qa filij eius portauerũt & amiſerunt arcam, Sed hoc nihil ꝓbat, Vel rapuiſſe Sacerdotium videtur á filijs Eleaſari, ſicut Maccabei fecerunt rapto Sacerdotio & ducatu, vt infra.

C

X

300.

X ELI. 40. 1. Reg 4.

Iſte Eli non fuit ex familia Eleaſari, Sed Ithamar (vt dicunt) Non enim numeratur in ſucceſſione ſummorũ Sacerdotum 1. Paralí. 25. Adeo neque fuit ſummus Sacerdos, ſed Iudex, ſicut Samuel non fuit ſummus Sacerdos, ſed Iudex in Iſrael, Neq;

Huius ignauiam ſatis arguit, q; licentiæ filiorũ indulſit, nec curauit docere populum, Vnde ſcriptura dicit, Sermo Dñi fuit precioſus, ſcz ipſo negligente officiũ ſuum, docẽdi & regẽdi Ideo faciebat vnusq; q̃d placuit, cum non eſſet rex in Iſrael, Ideo & eradicatus eſt.

X

Si Samuel est 30. annorum, cum incipit iudicare, est natus anno 1c. Eli.

Et hic incipit tempus Prophetarum, vt ait Petrus, A tempore Samuelis, omnes Prophetæ predixerũt dies istos, Vnde in Ebræo libri Regum, Prophetæ maiores vocantur, Et recte, Plus enim est in illis prophetarum ꝙ Regum gubernatiõis.

Porro Historia Miche facta est añ Ehud, mox post mortem Iosuæ, Quia dicit ibi, Tribum Dan, nondũ obtinuisse, sed q̃siuisse possessionem. Nec mirũ sub bonis Iudicibus fuisse Idolatriam, cum fuerit sub Mose (vt Amos allegante Stephano Acto. 7. testatur) & sub Iosua, vt ipse testat 24. & Iudicum 1.2.3.

SAMVEL & Saul 40 Acto. 13.

S. Paulus Act. 13. Soli Sauli tribuit hos 40. annos, vt supra dixi, iuxta Canonẽ, quo anni 430. mansionis in Aegypto tribuũtur vocationi Abrahæ & sequẽtibus, vsq; ad exitũ. Iudicauit Samuel 20. annis añ Saul, Nisi velis fingere Samuelem nullo anno iudicasse, q tamen vsq; ad senium suum iudicasse, & filios substituisse scribitur, 1. Reg. 8.

Porro, q Saul scribitur fuisse filius vnius anni, & duobus annis regnasse. 1. Reg. 13. Vide Lyram, q videtur sana dicere, scilicet q tantũ duobus añis bene regnarit, vsq; ad peccatum in Amalech, quo meruit abiici & cepit Dauid eligi &c.

X Hic Dauid nascitur.

X

X Dauid vngitur á Samuele 20. anno ætatis suæ.


2. Reg. 5. Dauid erat 30. annorũ cum regnare cepit.
X DAVID rex, gubernator quarti Millenarij, cũ suis posteris vsq; ad Christũ filium & Heredem, Gubernatorẽ per oĩa secula & inęternũ
7. annis in Ebron, & 6. mensibus 33. annis in Ierusalem 1. Paral. 3.
900.
C
X
Natiuitas Psalterij, cũ libris Regum secundo & fere dimidio primi.
Mirabile & beatum seculum, tot aditis Psalmis, victorijs, Historijs, Prophetijs, & cultu Dei instituto, longe prestantius seculo Salomonis, Quod externo carnis splendore, & strepitu magis superbit.
X Adulterium Dauid circa hæc tempora.

Fingamus Salomonẽ 20. annorũ cum cepit regnare, tum sequitur eũ hoc anno fuisse natum, Nam in Ebron nõ est natus, Sed post multa gesta patris Dauid in Ierusalem, Vel adde ei plures, Sed 10. addere non potes, Fatetur Dauid ipse 2. Paral. filium esse tenerum adhuc 2c.

X 2. Reg. 15. Et factum est post annũ 40. (vnctionis Dauid) Mouet Absolom seditionem aduersus patrem.

Rehobeam nascit, Ergo Dauid vidit hunc suum nepotem, sicut multos alios ex alijs filijs, natu maioribus Salomone.

X Salomo 40. annis.

Templum Salomonis año 480. ab exitu Aegypti anno 4. Salomonis .i. initio anni quarti, alioqui superflueret vnus annus. 3. Reg. 6

X

Natiuitas Librorum.

Prouerbiorum
Ecclesiastes
Cant. Canticorꝝ.

Si Abiam est 20. anno
rum generans, Assa est
natus vltimo anno Sa=

Iomonis, Si plurimum
vidit Salomonem.

Rehobeam audiuit oīa preclare gesta Dauid Aui, & vidit patris
sui glorias, nō est stultus & Idolatra, vna cum principibus & populo
Iuda, Nonne monstrū? Ita plus valuit exemplū Salomonis in extre
ma senecture delirantis q̄ omnia p̄cedentia ḡuiacula. Tribus enim
annis manserunt boni viri (2. Paralip. 12.) in priore exemplo Dauid
& Salomōis, Mox facti Idolatræ (3. Reg. 14.) ita, vt statuas, lucos, aras,
deserto templo, sibi facerent. Quin scorrationes p̄miserunt publicas,
qui sunt fructus licentiæ in Idololatrijs, vt videmus in omnibus hi
storijs. Das best / Heroum filij Noxæ.

Rehobeam 17.


Ierobeam primus rex Israel. 22.
Si Assa est 20. annorũ generãs Iosaphat, tunc est hoc anno natus.
X
A Roboã incipit scriptura numerare &c, ætatis ãnos, in regibus Iuda, Sed tantum in regibus Iuda, Nam in regibus Israel, tantum ãnos Regni, non ætatis numerat.
Abiam 3.
X Assa 41.
Anno 3. Asse.
Nadab 2.
Baesa 24. includunt annos Nadab & Ella.
Iosaphat nascitur, Et haud dubie circa hæc tẽpora natus est Elias & Eliseus, Quia Elia incipit fere cũ Iosaphat regnante, ꝓphetare, tã ꝓpinqui sunt Salomoni & Dauidi.
Elias in medio Seculorum seu mundi.
M C
X M.
Mille narius tertius, 3000.


ELLA 2. (año Asse 26
SIMRI 7. dies. (anno Asse 27.
Interregnũ 4. añorũ
AMRI 12. (anno Asse 31.) Sed includũt años Simri seu interregni.
AHAB 22. (Anno Asse 38.) Includũt vnũ aut alterũ annũ patris Amri, vt filius scilicet industrius, incipet regnare cum patre.
Ioram Iuda nascitur.

25. annorum.

IOSAPHAT 25.

Anno 4. Ahabab id est in principio anni 4. Est enim obseruandũ, q̃ anni Regum Israel cum annis Regum Iuda, frequenter in medijs, in principijs vel fine tantum concurrũt.

X

Ahasias nascitur, Et vidit optimũ Auum, Eliã & Eliseũ, sicut & Mater Iesebel impiissima, nec tñ profuit &c.

23. annorum.

IORAM cum patre, 9.

Fames Eliæ sub Ahab, Iosaphat &c.

Mirabilia tempora, q̃ sub tanto Propheta & tam sancto Rege, tanta fuerit Satanæ potẽtia. Hic vere videas Angelos cum Dæmonibus, Mundum cum Ecclesia, carnem cum spiritu, conflixisse magno impetu. Cepit simul & Eliseus prophetare, Ergo Raptus Eliæ, qui scribitur 4. Reg. 2. factus est post ea quæ scribuntur 4. Reg. 3. per histeron proteron.

Ahasias 2. includit annum vnum patris.

IORAM ISRAEL

(anno Iosaphat 18.)

12. Sed vides eũ regnare 36. añis, Reliqui 24. tacent, De qua re schedam consule.

X

32. annorum.

IORAM per se 8.

